remuneratur iis affectus avaritie
e. Postremo qui emerite militie
viro contemnendarum stipendium prescri
bitur facultatum. quia neque ille qui
studijs intentus inferioribus
possessiones sibi terrenas coe
mit regnum celorum possit adi
pisci. cui dominus dicat. Vende omnia
tua et sequere me. Lectio nona.

Iam pro quippe sentire
e huiusmodi bona concu
piscere. Unde et redemptor in
tra pharisei domum hydropicum
curat. et cum contra avaritiam dispu
taret scriptum est. Audiebant autem
hec omnia pharisei qui erant avari
et deridebant illum. Quid est
ergo quod intra pharisei domum
hydropicus curatur. nisi quod per alte
rius egritudinem corporis. in
altero exprimitur egritudo cordis.
Ad benedictus aut. Cum intraret ihesus
in domum cuiusdam principis pha
riseorum sabbato manducare panem.
et ecce homo quidam hydropicus erat ante
illum. ipse vero apprehensum sanavit eum
ac dimisit. Ad magnificat aut. Cum voca
tus fueris ad nuptias recumbe in
novissimo loco ut dicat tibi qui te invi
tavit amice ascende superius.

et erit tibi gloria coram simul discumben
tibus. all. Dominica xvij. Oro.

Da quesumus domine populo tuo dia
bolica vitare contagia: et
te solum deum pura mente sectari.
Per dominum. Secundum matheum.

In illo tempore accesserunt ad
ihesum pharisei: et interro
gavit eum unus ex eis legis doctor
temptans eum. Et reliqua. Omelia sancti iohannis

Convenerunt os aurei. Lectio vij.
ut in multitudine vince
rent quem ratione superare non pote
rant. A veritate nudos se esse
professi sunt. qui multitudine se ar
maverunt. Dicebant enim apud se.
Unus loquatur pro omnibus: et omnes lo
quamur per unum. ut si quidem vice
rit omnes videamur vicisse. si autem
victus fuerit vel solus videatur
confusus. Lectio octava.

O pharisei qui omnia propter ho
mines cogitatis et faci
tis. primum quidem venientes cum
uno. vincendi estis per unum.
Tamen posito quod uno victo ho
mine non intelligit vos omnes
esse victos. Numquid conscientie unius non
sentiunt se esse confusos. Levis est
consolatio qui in se ipso confusus